

Jndictione .ijij<sup>2</sup>. Pontificatus sanctissimi ut dicitur patris et dni<sup>3</sup> / Vr b a n i digna dei prouidencia pape .vjti. anno Secundo in ecclesia Curiensi maiori. prope et iuxta altare Sancti Georgy / situm in eadem. In presencia mei publici notary et testium subscriptorum honorabilis dns<sup>3</sup> philippus de Monteforti<sup>4</sup> ca-/nonicus eiusdem ecclesie Curiensis personaliter constitutus fatebatur. quod prope pridem videlicet feria quarta inmediate preterita. in loco / capitulari cum honorabilibus dnisi<sup>3</sup> - - Decano<sup>5</sup> et Capitulo dicte ecclesie Curiensis capitulariter congregatis. ratione quorumdam quinque solidorum / denariorum Constanciensis monete. ad anniuersarium olim honorabilis dni<sup>3</sup> Volrici<sup>6</sup> dicti Trisner<sup>7</sup> quondam canonici Curiensis / de vinea dicta Vials in Flums<sup>8</sup> sita. hactenus per eum expeditorum. talem condicionem et pactum inysset. quod ipse / eosdem quinque solidos a dictis dnisi<sup>3</sup> emisset. duodecim florenis veri auri. iusti ponderis. et cudis legalis / Quos idem dns<sup>3</sup> philippus prefatis dnisi<sup>3</sup> ibidem fatebatur se dari promisise ac promisit intra spacium trium / annorum inmediate a data presencium computandorum seu subsequencium similiter et semel. Ita tamen quod quamdiu non satisfecerit / de eisdem .xij. florenis. quod ipse prescriptos quinque solidos tam diu expediat cum effectu. singulis annis / in anniuersario supradicto ministro dnorum<sup>3</sup> subscriptorum qui pro tempore fuerit. Tali condicione adiecta. quod si sepe-/dictus dns<sup>3</sup> philippus. de predictis .xii. florenis intra tres annos pretactos. pretactis dnisi<sup>3</sup> non satisfecerit realiter / cum effectu. ex tunc dicti dni<sup>3</sup> de prebenda anni gratie. ipsius dnisi<sup>3</sup> philippi eo defuncto recipere pre cunctis debi-/toribus suis deberent et debeant. Sedecim florenos bonos et legales. Ipseque dns<sup>3</sup> philippus pro<sup>9</sup> tempore / sue vite singulis annis in anniuersario antedicto. dictos quinque solidos expedire effectualiter tene-  
tur et debet / Quodque premissis sic peractis dnisi<sup>3</sup> prefati. vineam prefatam seu illum aut illos tenentem et tenentes eam ab / vltiori soluione dictorum solidorum quinque vellent esse supportatam et perpetue supportatos Super quibus prefatus / dns<sup>3</sup> philippus pecyt<sup>10</sup>. dnisi<sup>3</sup> Decano et capitulo prenotatis. per me publicum notarium subscriptum fieri vnum vel plura / publica instrumenta. Actum Curie anno. mense. die. hora. Jndictione. Pontificatus et loco predictis. presentibus discretis / viris dno<sup>3</sup> Symone Marug<sup>11</sup>. Cuonrado<sup>12</sup> wachli prebendarys altaris sancte Crucis eccl-